

3,193.
17642126a

DISSE^TAT^O IVRIDICA
DE
INDOLE BONAE FIDEI
IN
PRAESCRIPTIONIBVS

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI AMPLISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI
ERNESTI CHRISTIANI
WESTPHAL ICTI,

IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDINARII,
LONGE CELEBERRIMI

DIE OCTOBR. c^o 1000 LXIV.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT

A V C T O R
HENRICVS LVDOV. WILIBALDV BARCKHAVSEN
G V E S T P H A L V S.
SOC. TEVT. QVAE HELMSTAD. FLORET MEMBRVM.

X.
HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS.

ДОКУМЕНТЫ
ДОКУМЕНТЫ
ДОКУМЕНТЫ

ДОКУМЕНТЫ

ДОКУМЕНТЫ

ДОКУМЕНТЫ

ДОКУМЕНТЫ



DISSERTATIO IVRIDICA

D E

INDOLE BONAE FIDEI
IN PRAESCRIPCTIONIBVS.

§. I.

RATIO DICENDORVM ET ORDO.

Doctrina praescriptionum certe iis est annumeranda, quae tam ob frequentissimum usum, quem necessario in foris nostris habent, quam ob grauitatem atque difficultatem praecipuas lucubrations eruditorum merentur. Cuius materiae igitur ad confusionem amouendam, totamque rem rite dilucidandam non immeror praeter commentatores in libros legum romanarum & pontificiarum, qui serie titulorum illam exposuerunt, Icti clarissimi, tam veteres quam recentiores, peculiaribus tractatibus, materiam usucaptionum & praescriptionum penitus illustrarunt; imprimis autem nostis diebus Illustr. ESTOR in tract. *Entwickelung der vermorrnen Lehre der romischen Usucaption*, qui & ex plerisque reliquis hac in re maxime utilia hausit, suamque symbolam contulit a). Verum tamen in huiusmodi doctrina & singula requisita explanare, flocci naucique esse,

A 2

nemo

a) Cum ex ipsa argumenti translatione infra manifestum reddetur, quibus subsidiis usi simus, nolumus hic percensere fusius reliquos.

nemo certe est qui contendat. Quia de re etiam constitui, nunc solum de bona fide, tanquam primo & praecipuo praescriptionum requisito, verba facere, & obuenientes quaestiones pro ratione exigui mei ingenii euoluere. Mitram igitur reliqua requisita, & praemittam tantum breibus definitionem vñscaptionis & praescriptionis. Sc. generaliter nobis praescriptione est; acquisitio iuris per lapsum temporis. Nam haec vel talis est, qua libertas a iure speciali, hactenus alteri erga nos quaesito acquiritur, dominio excepto, vel secus, prior est extinctua, posterior acquisitua, & hac tam dominia, quam alia iura in rem nobis obueniunt. Haec acquisitua si ordinario s. longo tempore absolvitur, tum in dominis transferendis dicitur, vñscapio, an idem nomen in aliis iuribus ordinario tempore acquirendis semper mereatur, infra disqueremus. De singulis praescriptionis speciebus excludendum nobis erit, an bonam fidem exigant. At, frustra quid noui proferre conaris, obincere fortasse quis poterit, cum iam per scripta excellentissimorum iureconsultorum, & haec materia fere si exhausta: videatur v. g. Nicol. Ckph. LYNCER de bona fide in praescript. tam de iur. Ciu. quam Canon. necessaria. Henr. COCCETI diss. 2. de finibus bonaæ fidei in praescript. de iur. can. & Io. Balthas. WERNHER diss. (sub Praesid. Ioh. Hen. BERGER.) ad cap. vlt. X. de praescript. b.). An quid lucis adhuc faciam? hac in re nescio, immo dubito, hoc autem scio, quod nunquam mihi animus fuerit, esse nec potuerit, veritates alias haud cognitas alios docere, sed tantum in specimine quodam

b) His accensendi Tob. Iac.
REINHARD de bona fide in praescript. non necess. Ioh. Santi. STRYK. de b. f. ad praescript. act. necessar. Lüd. MENCKEN Diss. an requiratur bona fides in praescript. act. person.

inter Ei. Diff. iunctum edit. dissert. IO. Ioh. ERN. HOEFFNER de necess. bon. f. ad praescript. act. person. requisit. BANTIZA de praescript. tricenaria debitorem eiusque hered. nihil relevante &c.

dám academico, & meas opiniones de materia tam fœcunda in chartam coniicere. Indulgenda itaque multa erunt scripto, quod non docendi, sed discendi & exercitiū causa, per me, qui adhuc sum rudis in iurisprudentia, in lucem prodii.

Quod ad ordinem in hisce paginis habendum attinet, fere hic erit. Primo generalia quaedam de bona fide tradam, deinde qualem ius ciuile requirat b. f. breuiter exponam, & tandem de principiis iur. canon. hac in re verba faciam, & simul *cap. vlt. X. de praescript.* & ibi laudatam rationem contra oppositiones defendam.

§. II.

AMBIGUITAS ET NOTIO BONAE FIDEL.

Ne vero illoris manibus aliquid suscipiamus, ante omnia notio bona fidei & ambiguitas vocis erit consideranda. Quum tamen animus nobis haud sit, vocabulum *fides* simpliciter sumtum, & varias eius diuisiones & significaciones excussum ire, quod quidem iam *Christ. THOMASIVS* in *dist. de fide iurid. egregie perpetrauit*, ad eas solum quae leges de bona fide suppeditant significaciones, nos conuertamus.

Primo igitur b. f. sumitur pro aequitare & eo quod naturaliter iustum bonumque est, ita enim accipiendae sunt; *L. 29. §. 4. ff. Mandati L. 57. ff. de R. I. vti etiam L. 4. C de O. & A.* qua in lege dicitur quod in contractibus bona fides sit feruanda & hic igitur stricto & formulario iuri opponitur. Deinde etiam adhuc habet haec vox significationem, ad ico-pum meum proprius pertinentem & quam in praescriptionibus obuenire scimus.

Hanc igitur bonam fidem ex iure Rom. ita esse definieradam plerique conueniunt, vt sit opinio firma possessoris, quae dominum credit. *pr. I. de vñcap.* aut si maius cum *BERGERO* in *oecon. Iur. p. m. 192.* & *LEYZERO* in *med. ad ff. sp. 455. n. 2.* illam negatiue describere; esse ignorantiam rei

A. 3 alienae

alienae L. 109. ff. de V. S. Quam quidem definitionem illi eam ob causam magis quadrare contendunt, quia interdum evenire potest, ut possessor cuiusdam rei, tituli immemor, non sit statim in mala fide, dum praecipue non scit, quod res possessa ad hanc vel illam certam ac determinatam personam pertineat, de quo tamen mox erit dicendum c).

§. III.

AN DUBITANS IN BONA FIDE SIT.

Iam itaque quaestio occurrit, an dubitans sit in bona an in mala fide. Quia in quaestione, cum variae opiniones DD. ex diffusione legum diuerarum ortae adiunt, leges haec bene erunt distinguendae. Quod igitur primo ad leges Rom. attinet, statuendum erit; quod, cum dubitantem in genere magis ignorantis annumerent, arg. I. vlt. C de condic. indeb. L. 1. ff. de legat. III. L. 13. §. 1. ff. de adquir. hered. L. 76. ff. de

c) Multa hanc in rem egregie congesit Barn. BRISSON. Tr. de V. S. sub voce *bona fides*. Sic in mala fide est qui contra denunciationem a domino factam emit. L. 17. C. de R. V. Sic quoque Constant. Hermetopolus in Promt. L. I. Tit. 3. Καλη πίστη, inquit, πατέρες τούτους, κιν εἰδὼς ἐτε ὀδόγειν το πεδίγμα, αὐτὸν ἀπατάμενος, καὶ υμίσων, θιακος πατέχειν αὐτῷ. Ή παῖς πίστη τούτους. Σενος ἐναγ γιγωσκον το πεδίγμα. i. e. aut bona fide quis possidet, i. e. neficiū rem esse alienam vel deceptus existimans se illam iuste possidere; aut mala fide i. e. consciū rem esse alienam. Post L. C. omnes incipiunt in s. posseſſores fieri, quin imo post contro-

versiam motam, L. 25. §. 7. ff. de her. p̄petit. l. 45. ff. de R. V. Attamen nec negari potest, bonam fidem opponi generatim fraudi. cf. L. 3. in f. ff. pro. soc. L. 23. d. R. I & hunc quoque in mā fide esse aestimari, qui per leges sibi aliquid non licere putat L. 32. §. 1. ff. de usurp. & usurp. vt adeo bonam fidem generatim per ignorantiam iuris alieni non iniuste definit HOEPFNER difficit. de necess. b. f. ad praeskript. act. personal. requir. §. 12. & 13. nec audiendi sint, qui iure Rom. bonam malamque fidem praedicari posse negant, nisi de eo qui rem alienam detinet, quod faciunt plerique eorum, qui a praeſcriptione existentia bona fidei requisitum exulare iubent.

de R. I. d.) sic & vsucapione dubitanti non interdicant, modo ius alterius satis nondum explorauerit, aut causa in indicium deducta fuerit, ut facile colligitur ex l. 10. C. de acquir. posses. adeoque & sine praeuia interpellatione, dubitantem, leges pro bonae fidei possessore agnoscent. Contrariam quidem propositionem defendunt nonnulli, per l. 32. §. 1 ff. de usurpat. & l. 2. §. 15. ff. pro emt. quibus in legibus de errore iuriis sermo est. His quidem haud aegre concedo, quod in iure erranti non procedat vsucatio; verum enim vero errans non est dubitans, ille si actionem iustum credit iniustum, & nihilominus illam suscipit, manifesto est in mala fide constitutus, hic autem non aequae, secundum ea quae ius Rom. asserit, alias enim satis perspectum habeo, quod diuinæ & illæ quae ex philosophia morali eluceant leges, & dubitatem non plane excusat, quod nanc erit explorandum.

§. IV.

ARGUMENTI CONTINVATIO.

Communiter autem hodie ICti si de dubitante sermo est, distinguent; an ante acquisitionem rei alicuius quis dubitet, an post illam. Priori casu malam fidem adesse in apri-
co est, licet nonnulli etiam in contrariam abierint opinionem test. STRYK. in V. Mod. tit. de usurp. & usucap. §. 3. poste-

A 3 riori

Aut saltem id ex citatis legibus patet, fluctuantem animum obesse tantum in illis, vbi requiritur certa iuris sui aut eius, quod est, scientia, quae autem in usucapione tantum absit, vt necessaria sit, vt potius per rei naturam ne adesse quidem queat, cum si certa esset possessionis iustitia, non opus esset usucatione, & inuersim, si quis putet, sibi per leges licere in possessione esse,

licet fallatur, ideo tamen bonam fidem non amittit, caeterum usucapionis eo ex capite est ineapax, quia lucrum ambeuntibus error iuris non nullus est, per iuris principia notissima. Nec motuemur per l. 6. §. 1. ff. pro emt. ibi enim non de iusta possessione incertus erat possessor, sed firmiter ipsi constabat, quosdam seruos esse alienos, licet quales ii essent sciret cum ignarissimis.

riori autem casu malam fidem abesse contendunt. Alii iterum distinguunt, an dubium sit practicum, an speculativum. Illud vocant, si quis dubitat, an rem iure retinere possit, hoc autem, an auctor dominus fuerit, nec ne, ultimo casu possessorem in b. f. esse credunt, ex ratione, quia nullus erit bonae fidei possessor, qui non interdum in hanc dubitatem incidat & quia fere nunquam plenam certitudinem habere possumus, quod res non sit aliena. Deinde adhuc distinguunt, an speculatorie dubitans magis credat, quod res sit aliena, an non? priori casu usucaptionem prohibent, nisi accurata inquisitione adhibita; posteriori autem non. Si autem forte in aequilibrio esset opinio, meliorem esse conditionem dubitantis tanquam possessoris contendunt. vid. STRYK. l. c. & ib. cit. BRUNNEMANN. Exercit. ad l. 8. STRUV. S. I. C. Exercit. 43. Th. 12. STRYK. de iur. sens. diff. 10. c. 4. n. 27. Verum autem eti dubium sit speculativum, imo ita ut probabilitas magis pro possessore certet, tamen hic non erit in bona fide, nisi omnia ea adhibuerit, que ad deterendum verum dominum aliquid conferre potuerint. Ita res se habet secundum leges diuinæ morales, secundum quas merito illa erit diiudicanda, qua in opinione & fuit innocent. III. Papa, legislator cap. vlt. X. de praescript. quia bonam fidem tunc solum adelite contendit, si peccatum theologicum non subeft, de quo tamen infra erit dicendi locus e).

§. V.

e) Sane si verum est, quod tradunt Theologi v. g. CALOVIVS in notis ad dictum Paulinum Rom. 14, 22 sq. & BALDVINVS ac HVSEMANVS, quos ille excerptis, nec non HVGRO GROT. Comm. ad epist. ad Rom., per fidem in dicto illo intelligi firmam persuasione de iustitia eius, quod suscipimus; tum sane quid de

dubitante censendum sit, per se patet. GONZALEZ TELLEZ in Comment. ad cit. cap. vlt. X. de praescript. n. 7, distinguit inter dubium, in exordio praescript. subnatum, & id quod post interullum intervenit, ac in posteriori iterum dispicit, an sit practicum, an speculativum. Quibus in omnibus fere consentit diff.

LYN-

§. V.

AN ERRANS SIT IN BONA FIDE?

Plerumque etiam quaeritur, an error malam fidem inducat, an non? Distinguunt nempe DD., an error sit iuris, an facti, an facti proprii, an supinus &c. Leges pro & contra allegantur, quas autem si perlustramus, semper de facultate visuaciendi vel non visuaciendi errantis, minime vero de b. f. verba faciunt. Quid? quod iam ex definitione immo ex natura rei fluat, errantem in mala fide esse non posse, dum ius alterius ignorat, etiam si ignorantia sit supina & facti proprii. THOMAS. in diff. de fid. iurid. cap. 2. §. 2. BARBOSA loc. comm. lib. V. cap. XIX. ax. V.

Ad hanc quaestionem vero non pertinet, an leges interdum erranti visuacionem interdicant. Hoc enim sit ob defectum iusti tituli non bonae fidei. HUBER. in prael. ad I. tit. de visuac. §. 5. in fin. & ibi etiam Not. addit. THOMAS. s)

§. VI.

LYNCKERIANA de bona fid. in praescript. vbi tamen, vt probetur, dubium sub initium possessionis statim subortum obstare praescriptioni, th. 17. admodum ridicule prouocatur ad L. 48. ff. de A. R. D.

H. COCCII in diff. IIida de fin. b.f. in praescript. in Eiusd. Exercit. Vol. I. p. 1495. sq. §. 40, discernit, an res vere sit dubia & controuersa, v. g. post L. C. aut denunciationem veri domini extra ius factam, an vero possessor sibi ipsi tantum seruulum absque causa mouerit. LÜD. MENCKEN cit. diff. simili modo practicum dubium a theoreti- co sciungit; & in posteriori, an leue sit, an graue, videndum putat. th. 3.

Et 4. Caeterum, qui dubium animum ab visuacione abesse debere tradunt, vtuntur adhuc duobus argumentis. 1) c. i. X. de haeret. Et Clem. i. §. Porro de summa trinit. vbi dubius in fide eodem modo haberur haereticus, ac si cum pertinacia contra fidem insurgeret. 2) Cap. in praesenti X. de sent. excommunic. vbi uon potest petere coniugale debitum, qui dubitare incipit, an matrimonium a se initum invalidum inualidumue sit. Nos an probabili causa submixum sit dubium, an fortuitum tantum & temere subortum, distinguendum credimus.

f) Ut tantum ὡς ἐν παραδοσίᾳ rem nos non tangentem binis verbis ex-

B

plice-

§. VI.

COMPLETA VSVCAPIONE IUS ALTERIVS AGNOSCENS
NON EST IN MALA FIDE.

Quum nulla res tam falsa sit, quae non interdum sit defensa, ita etiam in ea opinione fuerunt nonnulli, quod ille non sit in b. f. qui completa vscapione ius alterius cognoscit, test. LEYSERO *in med ad ff. sp. 455. med. XI.* Sed quemadmodum hoc plane est contra analogiam, tam iuris ciuil., quam canon., immo iur. natur., quia completa iam vscapione, vscapiens in re vscapta ius & plenum dominium habet, adeoque nec in foro conscientiae ad illam restituendam obligatur: ita merito haec opinio erit reiicienda g).

§. VII.

PRAESCRIPATIO NON EST IURIS NATURALIS.

Qui iam in iure nat. & gentium praescriptionem sibi deprehendisse videntur, plerique b. f. in ea non desiderant. Sed nolumus huic loco diutius immorari, quum a nobis imperare nequeamus, vt cum illis iuris naturalis interpretibus, ex naturae praecepsis praescriptionem deriuare sustineremus h).

§. VIII.

plicemus, leges erranti in iure vscapionem omnem denegant, nec minus errantem in facto proprio ab eadem excludant, denique erranti in factis alienis indulgent, sed de his alibi.

g) Conf. GONZALEZ loc. cit. n. 5. ERONCHORST Cent. 4. Enantiph. assert. 7. Et c.

h) II qui negant praescriptionem, ex rationis praecepsis depromendum, necessario nec bonam nec malam fidem admittunt, quorsum HEINR. ELEM. IUR. NAT. ET GENT. LIB.

i. f. 323. not. Ioh. Chr. HEDLER disq. an praefcr. Et vsc. origo ex iure natur. repet. per tot. Ad. Frid. GLAFEX *im Recht der Vernunft L. 4. c. 4. f. 186.* Ioh. Geo. WALTHER de praefcr. int. lib. gent. & BREVNING de praef. liberis gent. incogn. HOHEISEL de praefscript. immem. sanae rat. Et iur. ciui. contrax. HOEPFNER loc. cit. f. 7. seq. Reliqui vero qui Grotium fecuti vscapionem ac praescriptionem iuris gentium circumserunt, plerique cum Gro.

§. VIII.

SECUNDVM IUS CIVILE BONA FIDES SOLVM IN PRAE-
SCRIPTIONE ORDINARIA REQUIRITVR.

Hisce igitur praemissis breuiter solum ut moneamus ordo requirit, qualis b. f. requiratur in praescript. secundum ea, quae ex LL. Ciu. Rom. innotescunt. Quae quidem solum in usucacione & huic aequiparata praescript. ordinaria, i. e. longi temporis, bonam fidem exigunt, ad praescript. enim longissimi temporis nec b. f. nec iustus tit. secundum ius ciu. requiritur, vt clare & generaliter disponunt, L. 3. & 4. C. de praescript. 30. vel 40. &c. Obstat quidem videtur, L. 8. §. 1. C. eod. quae in praescript. longissimi temporis etiam vult, vt possessor praescribens rei vitiosae & in b. f. sit. Sed vt antinomia haec apprens tollatur, distinguendum erit inter acquisitionem dominii, & inter liberationem ab actione, siue exceptionem; hanc quidem acquirit possessor, qui mala fide rem tenet vitiosam, non autem fit dominus, nec, re amissa eam rei vindicatione recuperare potest. Quia enim praescriptio regulariter dominium non tribuit, ex illa etiam non competit rei vindicatio. Quoties autem ad praescriptionem accedit b. f., toties aequre tribuit dominium ac usucatio, quia iure novo ratione effectus inter praescriptionem longi temporis

B 2

Grotio ex derelictione iuris sui tacita eam deducunt, hinc non possunt non parum morari malam fidem quippe quae aut fingi aut obesse nequit, quia constat, alterum ins suum dereliquisse. Pertinet hoc WOLFIUS Iur. Nat. Part. 3. cap. 7. §. 1022. sq. KOEHLER Iur. Nat. §. 1634. & 35. MANZEL de diuersis. praescript. iur. gent. & iur. civil. §. 6. 7. Lüd.

MENCKEN loc. cit. th. II. qui duo posteriores speciatim de bona fide disputant. Ab his recedunt pauci, qui ipso iure naturae malam fidem a praescriptione arcent, quorum pver- FENDORFF. I. N. & G. Lib. 4. cap. 12. §. II. WERLHOFF. Vind. Grotiani dogmatis de praescript. int. gent. liber. §. 22.

poris & vsucaptionem nihil interest. L. vn. C. de vsucap.
transform. i)

§. IX.

i) Est hic locus de bona fide & titulo in diversis vsucaptionum & longa possessione capionum, usurpatiōnum speciebus, ex difficilius iuriis Romani. Vix vnum interpretum inuenias, qui cum altero ad vnguem conspiret. Rem paucis ita comprehendeo. Ad antiquam illam lege decemuirali constitutam & e Graecia a Romanis peritam, vsucaptionem, quae res corporales ac dominia acquirebantur, iam inde ab initio bonam fidem iuxta titulum desideratam fuisse, manifestum est argumentis plurimis. Deinde additam mox huic prudentum interpretatione seruitutem vsucaptionem, hac indole alteri haud disparem fuisse, facili coniectura licet adsequi. Porro libertatis contra seruitutem vsucapio, interdum bona fide opus habuisse videtur, interdum haud aegre eadem caruisse. In iis scilicet seruitutibus, quae non quoquis momento exercentur, sed interruptum habent usum, vt sunt fere seruitutes rusticæ, sola usus omissione iisdem perimendis haud dubie sufficit, cum contra in reliquis, vbi ad vsucpiendam libertatem a serviente quidquam seruituti vicini aduersum participiendum est, bona fides necessaria esset, licet iustitia tituli non adeo exigatur. Nec minus inuenta haud multo post Ictorum ingenii, & dein-

de praetorum edictis confirmata, longi temporis praescriptio, tam in dominiis quam in seruitutibus, absque bona fide titulare nemini fuit indulta. Tum, sublata per legem Sribon. seruitutem constituendarum vsucaptione, surrogataque in eius locum non illa praetoris diuturni temporis possessione ac vetustatis, vt dicitur, praerogativa, qua defendebatur, qui per longum temporis traedium, seruitutem aut libertatem contra seruitutem, quae ante vicino concessa nec vi nec clam nec praecario possederat; ad hanc requisitam fuisse bonam fidem mihi non persuadeo. Tandem Iustinianus hac in re quidquam mutasse dici nequit, quippe qui, confusa vsucaptione & praescriptione ordinaria in dominio adquirendo, caetera vsucaptionum & praescriptionum antiqua discrimina intacta reliquit, si ab eo discesserit, quod tricennariam praescriptionem absque b. f. admirerit. Euerh. OTIO Diff. de seru. vsucap. in Ei. Diff. P. i. p. 389. seq. cap. 2. ff. 10. ESTOR v. d. Vfucap. 2. th. p. 124. CONRADI Praef. ad trig. libellor. quib. iura vsucap. ill. p. 40. 41. Sie, vt omnia contrahant, iure Iustiniano hi fere causis sunt distinguendi. i) Vsucapio s. praescriptio ord. temp., qua dominium quaeritur. b. f. defi-

desiderat. 2) Viscapio libertatis contra seruitutem nunc indiget b. f. nunc secus, secundum distinctionem supra peditam. 3) Praescriptio longi temporis seruitutum acquisitiva, non absoluatur, nisi b. f. adsit. 4) Longi temporis postfessio, vetustatis praerogativa s. usurpatio, ut nonnullis dicitur, seruitutem aut libertatis contra seruitutem acquisitiva, bona fide carere potest. 5) Praescriptio longissimi temp. s. 30. an., seruitutum acquisitiva, per malam fidem haud impeditur. De primi quidem generis usurpatione nulla est inter ICtos, quod torin, controversia, & dictorum veritas patet ex L. vn. C. de Usuc. transform. L. 4. ff. 18. de Vsurp. & usuc. L. 15. ff. 2. l. 44. ff. 2. cod. Andr. Flor. RIVINVS de Usuc. statu secund. ordinem chronol. Sect. i. ff. 2. Nec minus de altera parum certatura probaturque quod scripsimus ex L. 6. ff. de S. P. V. L. 4. ff. 29. ff. de Vsurp. & usuc. Iul. PAVL. L. 1. sent. recept. Tit. 7. & SCHVLTING Iurisprud. anteiusfin. ad h. l. n. 3. p. 256. Edit. Lipf. d. a. 1737. & ex usurpacionis generali indole a qua bona fides abesse non poterat. Contra ea vbi sola usus intermissio seruituti officit, non potest non, superflua esse alterius bona malaue fide dispositio, eo magis, quod nec vis ab altero tali in casu adhibita extinguenda ordinario tempore seruituti obest.

L. 4. ff. 27. ff. de Vsurp. & usuc. Non obstat. L. 1. C. de long. temp. praescr. quae pro libert. quia seruus fugitiuus fortum sui ipsius facit, rei autem furtuue non datur usurpacio. cf. Euerh. OTTO Dissert. de seruit. usuc. in Ei. diss. p. i. p. 389. seq. cap. 19. Excipitur a nonnullis ususfr. in quo extinguendo hi usurpationem perfectam & titulo bonaue fide instruam aduers. L. pen. C. de Vsurp. desiderant de quo tamen mihi nondum liquet. Dubium forsitan oriri cuiquam possit, ex L. pen. C. de seruit. & aqua. vbi lusinianus videtur in omnibus seruitutibus per praescriptionem tollendis, omissoinem solam sufficientem declarasse. Verum lege proprius inspecta, nil noui in ea continetur, nisi, 1) ut loco bienni substitutum sit long. temp. 2) ut praesentiae absentiaeque ratio habita sit. Euerh. OTTO l. cit. ff. 14. De tertia dissident Doctores. Nonnulli eam videntur plane ignorare, quibus sequens quarta praescript. tantum cogita, & sane obstat videtur l. 10. ff. 1. ff. de Vsurp. & usuc. Sed his contradicit l. vlt. C. de long. temp. praescr., ibi enim non de praetoria diutina possessione capione sermonem esse, docet adiuncta clausula, de scientiae ignorantiae aduersarii ratione non habenda, quae clausula applicari nequi praetoriae praescriptioni scientiam aduersarii semper poscenti, ne alias

De indole bonae fidei

§. IX.

AB INITIO SOLVM UT ADSIT BONA FIDES SVFFICIT
SEC. IVS CIVILE.

Praeterea quum leges rom. tantum ab initio in usuca,
pione bonam fidem requirant; mala fides superueniens
possi-

alias clam possideatur. Cf. L. 1. § 2.
C. de seruit. V. de water Obf. L.
2. c. 18. Aut. FABER Coniect. L. 19.
c. 10. Caeterum de b. f. hic neces-
saria, v. L. 1. 2. 10. C. de praef.
long. temp. De quarta quoque
illa praetoria praescriptione diuerse
sentient. Nonnulli titulum quidem
in ea insuper habent, bonam fidem
tamen, & adeo continuam, requirunt.
Ioh. Fern. de RETES ad L. Scribon.
in Thes. MEERM. Tom. 6. p. 464.
seq. §. 16. 17. Alii & titulum ad-
esse volunt, & bonam fidem, vt
RAEVARD. in TRIBONIANO cap. 8.
Plerique demum nobiscum faciunt.
Euerh. OTTO loc. cit. c. 2. §. 8.
Ant. FABER. Coniect. L. 19. c. 10.
ESTOR Einheit. zur Lehre v. d. Vſu-
caption. 2. Th. p. 81. CONRADI Triga-
libell. quib. iur. vſuc. illuſtr. praef.
p. 35. Hi probe id vrgent, Praetorem
possessionem nec vi nec clam nec
praecario exercitam, tituli loco aesti-
mare, nec vllibi extra hanc possessio-
nem aliquid praeterea nominare. Cf.
l. 5. §. pen. ff. de Itin. act. priu. l.
10. ff. sc. seru. vind. l. 24. ff. quem-
ad. seru. amitt. l. 1. in fin. ff. de

Aqua. Fuisse praetoriam illam praescritiōnē non tantum seruitutis sed & libert. acquisitiū, patet ex c. l. 1. C. de seruit. Cf. de RETES l. c. Itam praescritiōnē anteā certo temporis spatio non inclusam, a Iustiniano demum, ad 10. an. inter praef. & 20. an. inter absent. desitam esse l. ult. C. de praef. long. temp. censet WIELING in iurisp. refit. praetern. ad HAHN. p. 263. & ita quidem, vt tum tantum ordinariū tempus sufficiat, si omnia adiūcū vſuaptionis requista, ad men- tem duarenti disp. anniuer. c. 34. alias longissimi temporis possessione opus sit, ad quam nil nisi bona fides desideretur per L. 8. §. 1. C. de praef. 30. ann. cui non solum, quantum ad longinquitatem temporis in praescritiōne praetoria attinet, accedunt, sed immemorale adeo tempus accedere debere putant. v. de water Obf. Lib. 2. c. 18. HOTTO- MANN L. 8. Obf. c. 10. CVIAC. Obf. L. 18. cap. 18. quod tamen alii re- tūs negant, cum longi temporis limites, iam anteā in ea posti fuerint; Iul. PAYL sent. rec. L. 5. tit. 2.

§. 3.

possidenti & vsucapienti non nocet k). Speciatim tamen tenendum. 1) In emtione venditione non solum tempore contractus, sed & tempore traditionis, bona fides adesse debet, l. 2 ff. pro emt. l. penult. ff. de usurpat. 1). Deinde

2)

ſ. 3 ap. SCHULTING. Iurisprud. anteius p. 434. & primum quidem ab Hadriano, vt egregie iam coniecit RAEWARD. in TRIBONIANO c. 5. cui calcum adiicit CONRADI in Triga libell. quib. iur. usuc. ill. praeſ. p. 31 nec, vñquam usucapionis requieta ad eandem necessaria fuisse, probari posſit. L. 3. ſl. 4 ff. de aqua quotid. que aduersam ſententiam quodammodo iuvare videatur, probe cum L. 2. C. de feruit. conciliat. Ant. FABER conieciſ. L. 19. cap. n. ſcil. si adſit tempus immemoriale, non opus eſſe probare poſſionem ita temperatam, vt decet, ſed qualemque, ſecus autem, ſi ordinarium tantum temporis longi ſpatium elapsum fit. Alter conciliare ſtudet CONRADI loc. cit. p. 36. cum RAEWARD. in TRIBON. c. 2. conf. Henr. COCCETI Difſ. de praefcript. extraord. ſl. 46. 47. Ultima patet ex L. 3. & 8. C. de praefcr. 30. ann. vnde tamen non oritur vindicatio aduersus priſtinum dominum. Conf. Euerh. OTTO l. c. cap 2. ſl. 10. Fr. Gottl. ZOLLE Difſ. de diuers. praefcr. iur. ciu. effect. Chr. THOMASIVS de perpetuit. debit. pecun. ſl. 32.

k) Bona fide in usucaptionibus & praefcript. poſſeffio ſemper inchoanda. Vnde ſi poſſeffio aliquando omiſſa, ſicque interrupta eſt poſſeffio aut usucapio, ſed illa, ſc. poſſeffio, deinde recuperata, cefſat penitus haec, ſc. usucapio aut praefcriptio, niſi ſub initium receptae poſſessionis b. f. adſuerit. L. 15. ſl. 2. ff. de Usuc. l. 2. C. de praefcr. long. temp. l. 7. ſl. 4 ff. pro emt. Aliud eſt ſi non recens ſit redintegrata poſſeffio ſed, ſiſtione iuris, interruptio plane non facta putetur, quod accedit in iure poſtliminii. L. 44. ſl. 2 ff. de Usuc. Ex iis, quea nunc diximus, cognosci poterit, cur, cum aēlio Publiciano ex iſta aliqua usucapione fundamēntum petat, nihilominus neceſſe fit, vt, ea viſitrus, non tantum initio poſſessionis, quondam habitate, ſed & perpetuo, in b. f. fuerit, & nunc ſit, ſcil. quum aniffa ſit poſſeffio, eamque per Publicanam actionem recuperatum eatur, opus eſt, vt & tunc, vbi reſtituenda poſſeffio b. f. perduret. L. 7. ſl. fin. ff. de publ. in rem act.

l) Recedere a reliquis legibus vi- detur l. 10. ff. de usuc. verum in hac etiā traditionis initium ſpectantium

2) mila fides interueniens nocet in fructuum perceptione, quia est facti, vbi ad quaelibet momenta temporis est respiendum. L. 48. §. 1. ff. de A. R. D. Denique 3) in usurpatione hominum, peculiare quid statuere videtur ius roman. per l. 4. §. 18. ff. de usurpat. m). Caeterum quod ad praescri

rium legendum, aut saltim vocem; etiam subintelligenda esse, acute iam animaduerterunt interpretes, eviac. L. 23. Quaeſt. Papin. in cit. l. 44. §. 2. de usuc. Oper. Posthum. Tom. 1. p. 650. Edit. Paris. Opp. & Lib. 44. PAVLI ad Edictum in cit. l. 7. §. 4 pro emt. Videtur ista L. 7. §. 4 ff. pro emt. contradicere reliquis, quasi tempore contractus tantum in emtione b. f. requireretur, non etiam tempore traditionis, verum aut ibi Proculianismi occurruunt vestigia, quod evracio non improbabile, aut legendum: nec dissimilis, loco nec similis, quod alias habet Codex Florentinus, aut nempe similis, quod vult Gregor. MATANSIVS in Disp. Tom. 2. disp. 62. p. 297. seq. Reddunt ICti rationem differentiae, inter emtione & alios contractus huius momenti intuitu, mihi autem ea semper visa est admodum obfcura, & inefficax.

m) Singulare illud in eo consistit, quod is qui bona fide tituloque singulari ancillam furtivam accepit, non possit usurpare partum eius, si is antequam ancilla contredicata ad b. f.

possessorem perueniret, iam conceitus sit. L. 12. C. de furt. & seru. corrupt. L. 48. §. 5. ff. de furt. postea enim conceptus usurpationi omnino subiectus est, modo b. f. professor, antequam edetur partus, b. f. non amitterit. L. 4. §. 18. l. 33. pr. ff. de usurp. & usuc. Cui non obstat L. 44. §. 2. eod. quippe non loquens de ancilla furtiva. Particularis fuit POMPONII opinio l. 4. ff. pro suo. quea quia reliquis ICtis omnibus & analogiae iuris repugnat, merito reiicienda, vna cum sententia SCAEVOLAE, quea sub specie rationis fallit. l. 10. §. 2. de Vſuc. Singularia autem haec esse, quea de partu ancillae furtivae diximus, inde patet, quoniam in fructibus ac foetibus animalium alia omnia dicenda. Scil. hi statim b. f. possessore cedunt absque discrimine & usurpaci possunt, modo perceptionis tempore mala fides orta nondum fuerit. L. 4. §. 19. ff. eod l. 48. pr. & §. vlt. ff. de A. R. D. l. 48. §. 6. de furt. l. 23. ff. de usurp. Repugnare videtur L. 48. §. 5. de furt. Verum evracious & GOTHOFREDVS hic inferunt negandi particularum ante vocem:

scriptionem rerum mobilium continua bona fides & de iure rom. necessaria sit, non solum fere nullis rationibus est munatum, sed etiam aperte haec sententia L. L. de b. f. loquentibus est contraria *n).*

§. X.

MVTATVM EST POSTEA IUS CIV. PER CAP. VLT. X.
DE PRAESCRIP.

Haec sunt itaque breuiter ea quae ad indolem b. f. secundum ius ciuile pertinent. Iam nos ergo ad dispositionem iuris canon. conuertamus. Constat enim, principia iuris ciuil. hac in re, posterioribus temporibus, praecipue per notissimum illud cap. 20. X. de *praescript.* mutata esse; cuius verba integra hic proferre placet:

*Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est;
synodali iudicio definimus, ut nulla valeat absque b. f. praescriptio, tam canonica quam ciuilis. Cum generalius sit
omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae
absque mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet,*

vt,

vocem: *Idem* & ne hoc quidem
necessitatis est, ut probe monet *voet*
Com. ad tit. de Vsurpat. & Vfuc.
§. 18., intelligenda enim vox: *idem*,
de parte similitudinis non de plena
& perfecta.

n) Est ea singularis opinio v. gr.
DONELLI L. 5. Com. c. 57. & 24.
CONNANI L. 3 Comment. cap. 15.
BALDVINI ad LL. Romuli cap. 9.
& 10. Hi in rebus mobilibus ideo
nocere malam fidem interuenientem
existimant, quia, quamprimum mala
fide possiderentur, inciperent esse

furtiuas, iam vero rerum furtiarum
nulla esset vsucatio. Verum in eo
committitur error, quod omnis mala
fides in rebus mobilibus furtini
vitium inducere statuatur; furtum
enim non facit, nisi contrectatio, ea
vero non adest, nisi saltim possessio
rem sciens alienam distraxerit, *§. 3.*
I. de Vfuc. l. 2. 7. C. pro emt.
Conf. LVDOVICI diff. de vitio reali
& personali. Inde & huic sententiae
consensum suum denegat *MALANSIVS*
l. c. §. 10.

C

vt, qui praescribit in nulla temporis parte habeat conscientiam rei alienae o). INNOCENTIVS III. Papa, qui hanc legem

o) Est hoc caputum quadragesimum primum Conc. Lateran. IV. a. 1215. habiti cuius capituli inscriptio haec: *De continuatione b. f. in omni praescriptione.* Cum capit. huius Concilii gracie quoque scripta sint; nostrum speciatim sic conceputum: Ἐπειδὴ ὅτικὲν πίστεως ἀμαρτία ἐστὶν, συνεδική καθεὶς ἀπέφενομεν, ἵνα μηδεμία ἱροῦσσα δύχει καλῆς πίστεως περιγραφη, τοσούτοις κανεναὶ ἔσονται πολιτικη. Ἔν τῷ γενικῷ πάσοντος διατάξεως ἀνεὶ συνεδίσκος πατριφρογενῶν, ἥτις χριστὸς θεοσόρου ἐν δυνάται φυλαχθυνεῖς ἀμαρτίας ὁδεῖν χρη ἐπος ὁ περιγραφων, ἐν τούτοις ποιεῖν, μηδεὶς περιγραμμός ἐχει συνεδίσκον αἰλοτοῖς. Sic est apud HARDVINUM in Collect. Concil. Tom. XI. p. 1636. Notandum præterea cap. 5. X. cit. tit. de praeser. quod in BOEHMERI edit. Corp. Iur. can. ita prostat.

Vigilanti studio canendum est, (cum summa dimensio diuini iudicii ab initio confuerit propria dimittere, aliena non appetere,) ne malae fidei possessores simus in praediis alienis, (atque rebus ecclesiasticis) quoniam nulla antiqua dierum possesso (diuino iure) iuuat aliquem possidere: cum (vere) b. f. possessor (etiam) dici non possit.

Ephesinus enim legislator (*Origenis patruus*) solum propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali v. quadragenali præscriptione vigorem legis imposuit. Nobis autem in rebus cognitis, quam (in rebus) latentibus placuit non habere vigorem.

Apud HARDVIN. autem l. cit. haec CLEMENTIS epistola Tom. VI. P. 2, in append. ad Concil. Lateran III. d. a. 1179. parte 38. de præscript. p. 1826. sic sonat: *Gloriosus Clemens in libro Stromatum.* Vigilanti studio canendum est (quod summa dimensio diuini iudicii, ab initio confuerit propria dimittere, aliena non appetere) ne m. f. possessores simus in alienis praediis atque rebus maxime ecclesiasticis, quoniam nulla antiqua dierum possesso iure iuuat aliquem m. f. possessor; nisi resipuerit, postquam nouerit, se aliena possidere, cum b. f. possessor dici non possit. Euphegius enim legislator, solum propter vitandam miserorum segnitiem & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali & quadragenali possessioni vigorem legis imposuit: nobis autem in rebus tam

legem dedit, vir ambitiosus & imperitandi cupidus, acuti ingenii, & qui quidem summis virtutibus ornatus, sed simul variis vitiis contaminatus erat, vti de illo scribit: *Iob. Andr. CRAMER in der Fortsetzung der Bossuetischen Einleitung in die Geschichte der Welt und der Religion P. 3. p. 180.* sua

con-

tam cognitis, quam latentibus, plau-
cuit non habere vigorem.

Hanc posteriorem epistolam per-
peram CLEMENTI I. sec. II. ponti-
fici tribui, cum sit ALEXANDRI III.
confiteretur GONZAL in *Com. ad h. cap. 5. X.* & ALEXANDRVM citasse
CLEMENTIS verba excusationis loco
subiungit. Circa idem caput, il-
lud multorum disputatione agitatum
est, quis sit *Ephesus* ille vel *Eu-
phegius*, vel est in antiqua X. collec-
tione, vel *Eugenius*, vt alii legunt,
Legistrator, qui primus tricennali
vel quadragenali praescriptioni vigorem
legis imposuit, & qui in antiqua illa
collectione *Origenis patruus* dicitur.
Tractat hanc item GONZALEZ ad h.
c. n. 5. sq. Nonnulli vel MARANVS
de aequitate fol. 36. hic ridiculo in-
telligent HERMODORVM illum Ephes-
inum, qui iuri Graeco Romanis ex-
plicando in struendis XII. Tab. in-
seruit. Alli THEODOS. M. qui tri-
cennalem praescript. inuexerit, quod
opinati sunt quandam CVIACIVS,
qui ideo inscriptionem L. 3 C. de
praescr. 30. an. falsam esse credidit
Lib. 18. obf. c. 26., aliquie eius
vestigia prementes, quem tamen

ipse CVIACIVS postea ab opinione
sua pristina discesserit. Alli THEO-
DOSIVM iudicrem, qui verus sit
auctor tricennalis praescriptionis, cer-
putant MERILLIVS, CIRONIVS, Iac.
GOTHOFREDVS aliique ob L. cit. 3.
C. de praescript. 30. an. Licit
posteriori sententiae subscrivat GON-
ZALEZ, & THEOD. IVN. praescript.
tricennalis auctorem agnoscat, tamen
in epistola ALEXANDRI hunc innui
non statuit, aut *Ephesinum* vocari
ideo, quia congregando concilio
Ephesino multum operae impende-
rit, quae alias fuit persuasio Iac.
GOTHOFREDI in *Com. ad L. 4. Tit.*
10 L. 2 C. Theod. & CIRONI, sed
EVGENIVM potius demonstrari cum
Io. SAVARONE existimat, qui tem-
pore THEODOSII M. in occidente ty-
rannidem inuasit. Eadem iam in
mentem venerunt, CVIACIO in *Com.*
in X ad cit. cap. Vigil. 5. X in
Opp. posthum. T. 3. pag. 154. qui
tamen fluctuat, ob clausulam: *Or-
igenis patruus*. Illud semper ma-
net inconueniens, quod & quadra-
genaria praescriptio eidem legisla-
tori tributa sit, cui tricennalis de-
betur, quem tamen quadragenaria

C 2

ab

constitutione itaque in totum euerit principia iuris ciuilis
hac in re, in mera subtilitate fundata, vi cuius nempe ad-
uentitia mala fides nocere non potest quia vñicationis ius
per continuationem possessionis perficitur. Verum autem
continua possessio quae b. f. nititur, postea mutari nequit;
cum vna possessio sit, vnoque casu peragatur p). Quum
tamen

ab ANASTAS. originem habeat. Is
enim actiones, antea perpetuas, qua-
dragenarias reddidit, licet iam ante
eum quedam extiterint praescriptio-
nes quadragenariae. Conf. L. 4.
Tit. 13. Leg. 2. Cod. Theod. ibi-
que GOTHOFRED. in Comm. Ian. a
costa in Comm. ad cap. nostrum
eredit, ALEXANDRVM scripsisse
Theod. Legislator Orientis parti-
bus, & per THEODOSIVM intelligi
quidem THEODOS. IVN. non vero
constitutionem huius speciem, sed
potius Codicem Theodos.

p) Ante ALEXAND. III. ecclesiam
& pontifices ius civile in praescri-
ptionibus plenissime secutos esse, pa-
ret mille testimonii. Vnum tan-
tum & alterum excitabimus. Sic
inter epistolam NICOL. I. Papae d. a.
858 apud HARDVIN. Tom. V. pag.
298. n. 62, exflat Eiusd. priuile. liber-
tatis monasterio sancti RARILEFI
confirmatum, quae epistola ad vni-
uersos episcopos & principes Galliae
est directa, ubi p. 300. Papa sic lo-
quitur; Quodsi fortassis contigisset,
vt aliquando monasterium illud, sub

potestate Cenomanici fuisset episco-
pi, quod rebus ipsis probatur & te-
stimonii monasterio collatis, nun-
quam fuisse: tamen secundum leges
saeculi, post tot iam saecula & an-
norum spacia repeti nullatenus iure
potuisset, & quod semel acceperat
libertatem, iam sub ditione nequa-
quam mancipari denuo potuisset. In
legibus enim habemus, vt omnes
quaestiones *infra 30. an. terminum*
accipiunt. De ecclesiast. autem cau-
sis post quadrages. ann. nulla qua-
rela moueri potest, si non intra hoc
spatium annorum fuerit mota.

Nec minus in Conc. Constant. IV.
Oecum. VIII. a. 870. habito, inter
canones decimus octauus ex edit.
latina ANASTASI bibliothecarii ap.
HARDVIN. Tom. eod. p. 907. haec
continet: Placuit huic sanctae &
magnae synodo vt res vel priuilegia,
quae Dei ecclesiae ex longa confue-
tu dine pertinent, & sive a Diuina re-
cordationis Imperatoribus, sive ab
aliis Dei cultoribus, in scriptis v.
sive scriptis donata & ab eis per ann.
30. possessa sunt, nequaquam a po-
testate

tamen permulti ICti, in hanc nouam constitutionem gravissime debachentur, quod nempe per illam sub ratione cerebrinae pieratis, utilitas publica sit neglecta; nostrum erit hanc rem paulo amplius disquirere.

§. XI.

DISPOSITIO IVR. CAN. AEQUITATI MAGIS CONVENIT
QVAM DISPOSITIO IVRIS CIVIL.

Potissimum autem in diiudicanda hac quaestione ad il-
lud erit respiciendum, an dispositio iuris civilis sit iuri na-
turae contraria, an non. Diu quidem iam agitatum est, an
praescriptio sit iuris naturalis an civilis; missa vero contro-
uersia illa, hoc certe affirmari potest, quod iura esse debeat
praescriptio comparata, ut saltem iuri naturae non contraria
sit, quia praecipue omnia ea quae contra ius naturale sunt,
per iuris civilis constitutiones nullo modo permitti aut ho-
nestari possunt. L. 42. ff. de V. S. Fuerunt equidem non-
nulli, qui iuri naturae nihil relinquere, & omnem obliga-
tionem ex LL. ciuil. deriuare voluerunt, vt & ille SOCRATIS
discipulus, ARISTIPPVS nempe, qui asseruit; *nihil
natura iustum esse aut honestum vel turpe, sed consuetudine
ac lege*, vti refert, Diog. LAERT. in V.t. Aristip. Lib. II.
C. VIII. n. VIII. Sed quid ad nos adulator hic DIONYSII,
cum hodie fortassis nemo existat, qui eiusmodi propositio-
nem defendere cupit. Pernora res est, nullum negotium

C 3 vali-

state praefulvis earum, quaecunque
persona secularis per potestatem sub-
trahat, aut per argumenta quaevis
auferat: sed sint omnia in potestate
ac viu praefulvis ecclesiae, quaecunque
intra 30. ann. spatium ab ecclesiis
possessa fuisse noscunur. ESTOR

v. d. Vscapion. ALEXAND. III. &
INNOC. III. praescriptionem tricis
eximii involuisse ait. BONIFACIUM
VIII. autem rem sua integratam re-
stituisse in cap. 2. & 3. de R. I. in
60, quod posterius tamen dubium
& impeditum est

validum atque licitum esse, in quo dolus adest, & quod nec ipsa lege nec conuentione, dolus de futuro remitti possit. Si autem de dolo loquor, non intelligo tales, ob qualis de iure rom. actio datur, sed omne factum, quo ex proposito damnum alteri inferre intendo, & quidem tam factum negatiuum, quam positiuum. Videndum itaque erit, an eiusmodi dolus etiam in mala fide possidenti existat; quod autem omnino afferendum esse puto. Nam si quis m. f. rem alterius tenet & illam usucapit, nonne ex proposito, alteri damnum infert, dum damno alterius sit locupletior? Damnum quod quis ex culpa sua sentit, sentire non intelligitur, afferit quidem POMPONIUS in l. 203. ff. de R. I. Sed nonne casus facile existere potest, ut ille cuius res usucapitur, nec nullius culpae nec nullius negligentiae sit reus? Verum autem deinde obiciere quis potest, quod nullus videatur dolo facere, qui iure suo vitetur per L. 55. ff. de R. I. Sed nullum est ius, nulla lex quae accipienda sit, per quam tam iniqua statuuntur. Nonne finis L. L. eueritur, si iniuriae quae per illas tolli debent, per ipsas leges conceduntur? Quid? quod etiam si concederem, quod in foro obligationis perfectae, siue iuris naturae stricte sic dicti, usucapio malâ fide peracta valida esset, tamen certe nunquam per eiusmodi facta conscientia salua manere posset, ratio enim postulat, ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter fiat. CICER. de off. lib. 3. cap. 17. Merito itaque his legibus quae tales simulationes permittunt, adeoque & ad corruptionem animarum occasionem dant, derogatum est. Etiamsi concedendum esset, quod dispositio iuris civilis societati humanae magis conueniens, & ad tranquillitatem reipublicae magis apta esset, uti inter alios etiam afferuit Henric. COCCBII in sup. cit. diss. tamen nihilominus omnino reformationem meruisset. Si enim

enim licet sub ratione utilitatis publicae, manifesto principia philosophiae moralis euertere, tunc & legislator Lacedemoniorum, LYCVRGVS, non erit carpendum, quod furta & omnes fraudationes permiserit, vt populum callidorem redderet; teste PLVTARCH. in Lycurg. q).

§. XII.

q) Ne vehementiore auctu abripiamur, discernendas sunt variae praescriptionum species, & varii respectus. Sc. longo tempore dominium acquiri, si bona fides adfuerit ab initio, licet ea postea in malam fuerit conuersa antequam completeretur usucaptionis tempus, contra autem si continuo tempore malam fidem habuerit possessor, nihil usucapi, umbratile sane & vere Romanum est, vt adeo hanc subtilitatem merito reprobauerit ius Canon. Caeterum autem, an acerbiorum ideo censuram mereatur ius civile, quod in aliis praescriptionibus bona maleae fidei rationem habet, non video, quin litium frequentiae minuenda, siue salutis & utilitati publicae, cum aliquo priuato dispendio per ius civile magis confuli, quam per ius pontificium, existimatrem. Si impeditus fuit is, contra quem tempus allegatur, huic iura sua salua relinqui, aut ipso iure aut restitutionis in integrum ope, aequum est. At vero & negligentibus succurri, nescio quae benignitas suadeat. Quoties poenae infliguntur,

toties regula, de lucro cum alterius damno non capiendo, cessat. Alias & fatalium rigor in causis eorum iudice agendis euileseret, & præmia ex bonis reorum proponere illis, qui crimina occulta delaturi sunt, iniquum esset. Aliud est furta & rapinas salutis publicae causa indulgere, ab his enim cauere non possumus. Hinc licet plerique scriptorum pontificiorum, maxime iuris canonici interpretum, mirum in modum canonicae fictionis pietatem hac in causa depredant, plerique tamen nostratum legum magis ciuilium sapientiam collaudant. Nec, internam saltim & a virtute commendabilem necessitatem, ad suam cuique reddendum nos obligare, hic obmouest quisquam. Quae enim ex publicorum commodorum rationibus mihi tribuuntur ira, his ut non vtar, nec virtus iobet aut pietas. Caeterum nolo hic eos in scenanum producere, qui aut vituperarent ius canon. aut laudibus extulerunt; illud tantum moneo, inter priores ab omnibus fere, licet immiterito, referri quoque civiac. Is enim

§. XII.

IN PRAXI IUS CANON. EST RECEPТVM.

Caeterum facile largior, quod quaestio iam prolata, magis sit theoreтика quam practica, quia fere ubique in praxi ius canon. est receptum, uti testantur CARPOZOV. Part. 2. C. 3. def. 7. BERGER in Oecon. iur. BAIER in delin. iur. ciu. immo & fere omnes DD.

§. XIII.

RATIO IN CAP. VLT. ALLEGATA EST RECTA.

Cum autem alii rursus sententiam ipsam iuris canon. aequam & rectam declarant, & firmo talo nixam contendunt, tamen communiter rationem in pr. cap. vlt. cit. ex verbis apostoli Pauli allegatam, *quia omne quod non est ex fide peccatum est*, tanquam impertinentem & derisoriam alpernантur. Plerumque enim contendunt, quod hic de fide in corde radicata, sive de fide salutifica quam ubique apostoli inculcant, non autem de fide intellectuali sive animi iudicio de aliqua re, sermo sit. Ad scopum itaque meum pertinet, hac de re verba facere, & si contra opinionem tam multorum clarissimorum lCtorum dicere licet; omnino puto, quod ratio a Papa allegata, sententiae Apostoli conueniat. Verum & nec haec opinio omni auctoritate est destituta, cum & sint nonnulli maxima auctoritate pollentes lCti, qui illam tuentur. Nempe HVGO GROT. de I. B. ac P. lib. II. c. 23. §. 2. vbi contendit, quod loco citato

enim ad cap. 5. X. de praefcr. sic quidem ultimo concludit. *Hunc locum serua interim, ut probes quam cynici & fusi olim fuerint, quaeque imperitia & incuria curiae Romanae. Sed haec verba vt*

contextus docet, non spectant iuris canon. vituperium, sed namos tantum historicorum & nominum corruptiones, quas in hoc capitulo comprehendit CVIACIVS.

citato fides, animi iudicium de re significet. Descenderunt & in eius opinionem, LYNCKER in cit. diff. LEYSER loc. cit. med. 12. & 13. Georg. Lud. BOEHMER in comp. Iur. can. p. 453. &c. Quo melius autem rem perspicere possumus, integra verba apostoli PAVLI apponere volumus. Inueniuntur in Epist. ad Rom. cap. 14, v. 23. & ita se habent; *Qui vero dubitat, si ederit, condemnatus est, quoniam non edit ex fide; quidquid vero ex fide non est, peccatum est.* Loquitur apostolus & in anterioribus de eis ciborum in V. T. prohibitorum, quos illi edere non deberent, qui de remissione illius prohibitionis adhuc dubitarent; Quid ergo verat, dictum hoc de conscientia, sive iudicio animae de actionibus nostris, aut quod idem est, de fide intellectuali accipere? Tamen non intercedo, si cum LEYSERO l.c. dictum hoc, quod primario quidem de fide conscientiae loquitur, ex rationis similitudine, & ad fidem saluificam quoque extenditur. Sufficit quod ex modo dictis iam appearat, hanc rationem non esse ita comparatam, ut simul cum illa in cap. 8. X. de consang. a quaternario numero elementorum atque humorum in corpore humano desumpta, cuius impertinentia quod & moneat GONZALEZ in comment. ad X. Tom. IV. p. 208. n. 3. in aprico est, reici possit. Arguit quidem L. B. de cocceii in Iur. Cont. tit. de usurp. quaeft. 30. vocabulum Graec. πείσις, quo vtitur PAVLVS non illam habere significationem, quam habet lat. bona fides in iure romano. Verum autem nullo negotio hoc concedi poterit: Concedi poterit, alienum fuisse ab apostolo PAVLO, quid sit bona fides in praescriptionibus secundum ius romanum. Concedit poterit THEOPHILVM in versione graeca Inst. recte retinere verbum latinum & illud exprimere litteris graecis, θεωρίας. Iam enim sufficit ad iustificantam rationem, quod vocabulum πείσις hic significet animi iudicium,

D

id

id quod autem ex verbis apostoli tuto colligi potest. Immo si quis probaret quod a Graecorum scriptoribus, de fide intellectuali vox *πίσις* non usurparetur, quid inde? Certe nihil aliud, quam quod apostolus hoc loco ita non locutus sit, ut locuti sunt **HOMERVS & DEMOSTHENES.**

§. XIV.

SINE PECCATO IUS CIVILE NON OBSERVARI POTEST.

Afferitur deinde in dicto capite; quod absque mortali peccato dispositio iuris ciuilis non possit obseruari. Quod & hoc assertum valde sit impugnatum, facile certe creditur. Quia autem omnia circa hanc rem in quaestione supra §. XI. iam agitata consistunt, non est quod adhuc ulterius proferre opus sit. Vnius tamen obiectionis a supra latuato L. B. de COCCEII l. c. prolata, adhuc mentionem faciam. Argumentatur autem ex auctoritate imperatorum christianorum, pontificum, patrum ecclesiae & aliorum, qui vsque ad INNOC. III. peccatum in dispositione iuris ciuilis non inuenierunt, adeoque etiam concludit, nec aliorum esse, ibi peccatum quaerere. Sed nihil saepius accidit, quam quod veritas tarde innotescat, nec tamen quae iniuste sunt constituta, per obseruantiam multorum annorum aut per opinionem clarissimorum hominum sint iusta & recta. Accedit denique & hoc, quod iam ipse Imperator IVSTINIANVS iniustitiam LL. romanarum agnouisse videatur, quia in Nou. 9. *impium* vocat *praesidium*, *praeescriptionem*. Verum tamen cum plerumque DD. hanc *Nou.* in graeco non existantem, pro spuria habeant; test. HYPER. l. c. §. 2. in fin. amplius & hoc non agemus.

§. XV.

§. XV.

IN OMNI PRAESCRIPCTIONE B. F. REQVIRITVR.

Iam ipsa sanctio cap. vlt. cit. *vt nulla valeat absque bona fide praescriptio*, erit consideranda. Quae itaque cum generaliter sit concepta, non solum ad ordinariam, sed & ad praescriptionem 30. 40. vel centum annorum & ad omnia genera praescriptionum acquisitiuarum erit extendenda; quod & expresse iam dicit ALEXAND. III. Papa in c. 5. X. *de praescript.* Videtur autem hic occurrere quaestio, an etiam in praescriptione immemoriali sit necessaria bona fides? Inutilitas autem huius questionis nullum fugere potest, qui aliquo solum modo ad illam animum conuertit. Praescriptio enim immemoralis, aut possessio cuius non exstat memoria, c. 26. X. de V. S. nec per testes nec per documenta, impropre & perperam praescriptio vocatur, ut euicit BOEHMER in *diff. de praescript. contra leges* f. 9. Immo quis non videt, de bona fide possidentis disquisitionem locum habere non posse, dum non constat, an unquam alias eius rei dominus fuerit nec ne? Si vero tibi finges immemoriam non ab solutam & respectiuam tantum, tunc quidem ea erunt obseruanda quae de aliis praescriptionibus dicta sunt, sed tunc non amplius erit praescriptio immemoralis.

§. XVI.

r) Requirit bonam fidem *Andr.*
OCKEL Tr. de praef. immemor.
cap. 8. th 4 eamdem tamen addit
praefumi admissa probatione in contrarium, quam probationem alios
non admittere confitetur th. 6. E

contrario KRESSIVS *diff. de genuin.*
nat. & ind. vetust. nihil habet de bona fide, in possessione memoriam humanam superante; & hoc quidem iure & merito.

D 2

§. XVI.

ET HERES VNIIVERSALIS QVI PRAESCRIBIT IN B. F.
ESSE DEBET.

Ex haec tenus dictis facile etiam colligitur, quid de herede vniuersali sentiendum sit. Pernotum est, quod ille secundum principia juris civilis cum in vniuersum ius defuncti succedat, & coeptam bona fide praescriptionem continuare possit, licet ipse in mala fide existat. Quia vero ius canon. in ipso possessore b. f. requirit, & praescriptionem interdicit, si m. f. quae semper est cum peccato coniuncta, subest, etiam heres vniuersalis, si vult praescriptionem continuare, omnino in b. f. esse debet.

§. XVII.

ET IN PRAESCRIPCTIONE ACTIONVM PERSONALIVM B. F.
EST NECESSARIA.

Transeat igitur nunc ad grauissimam illam controverson, an & in praecriptione extinctiva & praesertim actionum personalium, de iure canonico b. f. sit necessaria. Cum & ad hanc quaestionem affirmatiue respondeam, sine allegatione multorum DD. quibus contraria opinio placet, tantum praecipuas rationes illorum breuiter proferam, & ad illas quantum in me est respondeam. Communiter autem distinguunt cum *Henr. COCCII in cit. diff.* & cum *L. B. de COCCII l.c.* qui parentis opiniones hac in re adoptauit, an praescribens rem alienam possideat, an de proprio tantum teneatur, v. g. in debitibus pecuniae ex mutuo, emto, conducto aliquo contractu ortis; hoc ultimo catu negant bonam fidem esse necessariam. In sensu strictissimo enim intellegunt verba cap. cit.; *in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae.* Per hanc interpretationem contendunt deinde, quod, cum omnis mutatio nunquam prae sumenda

menda, & semper strictissimae sit interpretationis, nec ius ciuile hac in re mutatum sit, prae sumendum esse. Porro, verba, quae quidem generalia in dicto capite inueniuntur, ad casum specialiorem qui verbis posterioribus innui videatur, restringenda esse statuunt. Verum in diiudicanda hac quaestione, vt ad rationem legis respiciamus, vtramque paginam efficiet. Constat enim tritum illud; vbi eadem est legis ratio, ibi etiam eadem esse debet legis dispositio. Nemo non qui citatum cap. perleget, videre potest, quin praecipua ratio mutationis fuerit, vt peccatum tolleretur, & nemo in posterum per praescriptionem conscientiam contaminare, inuitaretur. Si ergo ratio quadrat, tunc & b. f. in praescriptione actionum personalium erit necessaria. Quis vero est qui contendere poterit, quod & hac in praescriptione, quis salua conscientia in mala fide esse possit? Quis quoelso in foro conscientiae iustificari poterit, dum alteri qui ius suum fortassis ignorat, dolose illud per tempus praescriptum celavit, aut, si creditor iuris sui quidem conscius, in exigendo tamen benignus fuit, hac indulgentia tam nefarie abuti cupit, vt solutionem omnem detrectare velit? Quod autem si quis facit, quid prohibet de illo quod in mala fide sit, praedicare? Statuunt enim nonnulli, quod m. f. in actionibus personalibus sit non ens. Inferunt autem hoc per leges ciuiles, qui tunc solum aliquem in mala fide esse contendunt, si quis per interpellationem iam saepius factam in mora est singulari, & quod nemo obligatus sit, debitum v. gr. ex stipulatione sive ex pacto soluere, nisi interpellatus. Sed quid ad nos forum soli cum hic omnino ad forum poli sit respiciendum? Quid ad nos leges ciuiles, cum ex legibus quas nobis conscientia suadet, haec res sit diiudicanda? Leges ciuiles autem hac in re conscientiam tutam reddere nequeunt, per ea quae *s. XI.* tradita sunt. Alias etiam

etiam illud dubium nimium probat, quia & vbi quis ab altero quid tenet, v. g. in commodato ad indeterminatum tempus &c. interpellatio necessaria est. Ratio itaque pro stabilienda sententia nostra, quidem ita firma esse videtur, ut nihil amplius proferre opus sit. Attamen coronidis loco adhuc ad leges quae plerumque ab aduersariis proferuntur, nempe; *C. s. X. de praescript. c. 17. eod. cap. 20 eod. & c. 2. de R. I. in 60.* de possessione rei alienae loquentes, hoc tantum generaliter monebimus; nullas sufficietes adesse rationes, quae prohibent, quin illae leges allegatae non etiam de quasi possessione sint intelligendae. Immo si etiam concederemus, quod LL. allegatae omnes de vero posseſſore loquerentur, tamen per hoc bona fides quasi posſeſſori non esſet remissa, cum ratio generalis, *ne quid cum peccato fiat*, aequē ad hunc ac ad illum esſet referenda. Denique huic non pertinent si quis obiiceret, quod debitōr nunquam interpellatus, remissionem praefumere possit; tunc enim re vera non esſet in mala sed in bona fide. Nec etiam obſtat *cap. 27. Caus. 2. quaest. 6. c. 32. in fin. X. de Eleſt. &c.* Nam hic de decennio appellations fermo esſt, in cuius praescript. non facile mala fides exiſtere potest, cum omnino quis praefumere possit ac debeat, quod alter amplius litigare nolit. Respondit quoque in hanc ſententiam, quod b. f. ad praescript. action. personal. requiratur iure canonico, quondam **ILL. FACULTAS IVRID. HALENS.** interprete nunc **PERILL. CONSILIAS. INTIM. ET ACAD. DIRECT. FAC. IVR. ORD. Ioh. Tob. CARRACH,** quod Resp. exſtat in *Diurn. Halens. dem Hallischen Intelligenz an. 1743. n. 52. v.*

§. XVIII.

^{s)} Ad eam praescript. qua iura realia perimuntur, per superiora conſtat, ipso iure ciuilii b. f. inter- dum desiderari. Iisdem autem caſibus, quibus iſto iam iure neceſſaria esſt b. f., eamdem multo minus per

§. XVIII.

PRAXIS CIRCA HANC QVAESTIONEM VARIA EST.

Cum supra §. XII. testimonio practicorum iam probatum fuerit, quod dispositio cap. vlt. cit. in foro sit recepta, quaeritur nunc, an hanc an contrariam propositionem in praxi sequatur.

per ius canon. abesse posse, facile inter interpres conuenit, quum ius canon. praescript. limites neutquam latius proferre, sed arduis potius constringere voluisse, neminem fugiat. In iis autem casibus, vbi solus non vsus iura existinxit, siue aduersarii bona malaue fides in rationem plane non venit, per LL. rom. an iure saltim canon. b. f. necessaria sit, video haesitare interpres, non minus quam de eo titubant, quid in actionibus personalibus tempore de lendis censendum sit,

GONZALEZ l.c. n. 2. extendit juris canonici noua sanctita ad omnem praescriptionem cuiuscunque temporis, & quidem tam rerum quam actionum, & excipit tantum actiones poenam delictorum respicientes. BARBOSA cum aliis a se relatibus putauit, quodsi lex disponat, vt transcurso aliquius temporis tollatur actio, dirigendo verba ad ipsam actionem, non vero in praescribentem, tunc etiam cum m. f. procedere praescript. Quae tamen opinio GONZALEZIO parum tutu videtur l.c. n. 8., admittit tamen idem ut

in illis casibus praescriptio dicatur praefumtio solutionis, vultque vt cauti aduocati non opponant tum praescriptionem, quod tanto tempore petitum non sit, sed ita dicant; partem suam soluisse, & ita ex transcurso tanti temporis praesumti. Sic quoque b. f. in omni cuiuscunque praescriptione locum faciunt, Franc. SCHMALZGRVEBER *Iur. Eccles. L. 2. tit. 26. §. 4. n. 62.* Rob. KOENIG *Princ. iur. can. lib. 2. tit. 26. n. 40.* Dau. MEV. P. 8. dec. 15. & 310. Casp. H. HORN *Claff. 10. R. 3.* Bened. CARPOV. *Refp. 33. n. 10.* Io. BRVN- NEMANN. *Cent. 3. dec. 13.* REIF Fenstvel in *iur. can. tit. de praef. §. 3.* distinguunt obligationes illas quae referuntur dontaxat ad patientem s. subendum onus, si ab altero agatur, vel petatur, eiusque correspondentes actiones personalia re liquis. Illas, docet praescript. ex singui ob solam negligentiam actoris s. cessationem exactoris, quamvis obligatus siue interim obligationis probe conscius sit. n. 107. & id quidem censat ad mentem GLOSSAE. Excipit quoque a b. f. actiones ad poenam

sequamur. Qua de re autem non minus ac de theoria ipsa misericordie dissentunt ICti, vti testantur L. B. de COCCII l. c. & WERNHER in diff. ad cap. vlt. X. de praescript. Certum ac determinatum quid igitur affirmari non potest, cum praxis varia sit.

§. XIX.

poenam tendentes num. 108. Seruit rusticas per non usum non refragante iur. canon. absque b. f. amitti, cum Glossa & BARTOLO autumat. n. 109. & 110. Obligationes autem quae suapte natura tendunt ad aliquid agendum vel non agendum, secundum ipsum, non possunt vlo tempore cum m. f. scientia iuris alieni, praescriptione extinguiri n. iii. Redhibitoriae extinguenda non obstat m. f. n. 118. Henr. BOICH in distinct. ad tit. de praescript. cap. si diligenter, etiam discrimen facit, inter tales actiones, vbi nihil absit ei, contra quem praescribitur, & reliquias, vt ibi b. f. opus sit, hic fecus n. 29. Petr. ANCHORANO Comm. ad lib. VI. X. tit. de R. I. ad C. 2. & 3. statuit, quod debetum praescriptum si m. f. adsit, tamen solui debeat, n. 21. esse enim hic plenissimum differentiam inter ius canon. & civil. n. 1. seq. Idem Comm. ad Lib. II. X. ad cap. vlt. X. de praes. n. 4. reprobat. praescriptionem actionum personalium. absque b. f. ob textus generalitatem. Accedit ipso Ioh. ANDREAE sup. de-

cret. ad cit. cap. nec non PANORMITATIS in sic. decretal. lib. ad h. l. n. ii. His tamen excepit actionem redhibitoriam, & quanti minoris. Sed actiones vel accusaciones criminales, quae post certum tempus non possunt amplius intentari de iure ciuili, ex ipsis sententia, non praecidunt viam, quia in foro canon. intententur n. 12. In Collect. Regul. Iur. ex AZONE, TIROLL. &c. Tom. 2. voce: Praescript. inter reliquias regulas est etiam haec: Praescriptionem impedit mala fides in action. person. sicut in real. ex auctoritate Glossae. ENGEL in Colleg. Iur. can. tit. de praes. §. 3. n. 18. omnibus fere religior, putat enim, licet in seruitutibus rustic. & actione quanti minoris ac redhibitoria, praescriptioni m. f. non obstarre statuunt, illud tamen intelligendum esse tantum de foro externo, non de interno & canonico; i. e. vt mihi videtur, ecclesiastico.

E diametro oppositi his sunt, & in extinguendis iuribus maxime personalibus, ius canon. a legibus civil. plane

§. XIX.

IN PRAESCRIPTIONE DELICTORVM B. F. NON REQVIRITVR.

Hucusque vidimus, quod *cap. vlt. cit.* omnino generaliter sit intelligendum, iam autem occurrit exceptio, & quidem vnica ut monet GONZALEZ *Tom. II. p. 718. n. 2.* nempe *praescriptio criminum & actionum poenalium, quae nempe*

plane non recedere, statuunt, praeter eos, qui in *ſſ.* citantur, *BAR-*
THOLVS dux vt videtur totius huius
familiae, Lüd. MENKEN in diff. an-
requir. b. f. in praefr. act. pers.
th. 18. seq. item, quantum intelligo,
ESTOR v. d. Vſuption. loc. ſup. cit.
vbi tricas ab ALEX. III. & INNOC. III.
contextas a BONIF. VIII. resolutas eſſe
pronunciauit. *Franc. SCHMIER in*
Iurispr. canon. ciuil. Veit. PICHLER
h t. n. 34. H. de BODEN diff. de praefr.
ex solo temp. laps. pro ed. ſ.
14. THOMAS. de perpetuitat. debit.
pecun. ſ. 33. Ioh. Henr. BERGER
de iur. & aequit. cap. vlt. X. de
praefr. Argumenta potiora, quae
coceſſi, & cum eo reliqui profere-
runt sunt praeter ea, quae in *ſſ.*
relata, fere haec: Absurda deriuari
poſſe & iur. can., si vbiique b. f. ad-
uersarii, ad exſtinguenda iura ne-
cessariaſt, v. g. rigorem fatalium
plane obtundi, ante interpellationem
debitoris non adēſſe moram,
nendum malam fidem c. 2. & 3. de
R. I. in 6to, intra fines iustos ite-

rum redactum eſſe, si quid forſan
in Gregorianis decretalibus dictum
ſit laxius, magnam eſſe diuerſitatem
inter poſſefforem rerum alienarum
& debitorem denegantem ſolutio-
nem, ſi culpa, dolus, malitia, vtrius-
que erga ſe trutinetur, aut damni
evidentia, quod hic vel ille inferat.
Verum non adeo formidandae ſunt
iſtae rationes. Remanent ſemper
casus, vbi & ius canon. non niſi
lapſum temporis attendit, vnde ceſ-
ſant ea absurdā, quae forſan ab ali-
quibus inde deducantur. A defectu
morae ad m. f. absentiam non valet
argumentum. Regulae iuris *in 6to*
X. loquuntur de b. f. in re aliena
poſſeffa, ſed inde non ſequitur ea
eſſe ſublata, quae de b. f. debitoris
cuiuscunque diſta erant, in priori-
bus X. libris. Differentia qualis-
cunque ſit, inter debitorem & alie-
nae rei poſſefforem non tamē ſanta
eſt, vt iſi qui creditori ius ſuum de-
negat, in m. f. eſſe deſinat. Sed qui-
nam ſunt illi caſus, vbi & ius canon.
bonam fidem ignorat? Sc. mihi
E vide-

nempe delictorum punitionem respiciunt. Et quidem verum est, hic bonam fidem non requiri, nec requiri posse, cum nemo facile qui delicta animaduersiōnē publicam merentes, commisit, in tali ignorantia legum existat, ut illa pro licitis habere, adeoque & in b. f. esse possit. Posita itaque praescriptione delictorum, & ut absque b. f. valida sit, poni debet. Quod tamen iam dicta solum ad vindictam publicam non ad satisfactionem priuatam in damni dati resarcitione consistentem, pertineant, non est ut moneam. Caeterum quod in delictis quoad poenam ecclesiasticam nulla praescriptio locum habere possit, vt vult BÄIER in delin. Iur. ciuil. tit. de diuers. temp. praef. pos. 16. in not. ad scopum nostrum nunc non pertinet t).

§. XX.

videtur distinctio eorum adoptanda, qui dispiciunt, an aliquid absit ei, contra quem praescribitur, an non. Igitur actiones poenales, fatalia, persecutions criminales adhuc suppositamanent praescriptioni ipso iure can. Item superest adhuc praescriptio in iis actionibus vbi mala fides alterius non magis quam bona fides cogitari potest, quod obtinet in plerisque restitutionibus in integrum ex sola aequitate petitis, actione ex laesione enormi. In redhibitoria & quanti minoris probe spectandum est, an dolor aduersarii intersit, an fecus. Seruitutibus rusticis ob non vnum praescribi posse, iure can. non existimo, si vicinus sciat, praedium suum seruire, quia hic ei, contra quem praescribitur, aliquid absoret,

t) Superfunt adhuc variae querstiones, paucis adhuc memorandae. Sc. ex iur. Rom. constat, antecessoris in f. obesse successori vniuersali in vsuacione, hinc idem iure dicendum esse, vix cuiquam erit dubium. At vero in praescriptione longissimi temporis, sive & ea actiones extinguntur, tantum abest, vt ficta heredis ignorantis mala fides ab antecessore deriuato, obsit, vt potius ne vera quidem heredis improbitas ac mala fides impediat. Et puto idem dicendum iure canon. Licet enim REIFFENSTYEL loc. cit. n. 16. aliquae contrarium existimant; mihi tamen non videtur a vera illa m. f. quae exilare debet in omni praescript., ad hanc factam validum duci argumentum, cum hic desit legis

§. XX.

DE PROBATIONE BONAE FIDET.

Cum certissimum sit iuris axioma, quod vnuusquisque bonus & rectus praeſumti debeat, donec probetur contrarium, sequitur etiam, bonam fidem regulariter non esse probandam, sed praeſumendam. Accedit, quod b. f. cum in animo conſitiat, fere aliter probari nequeat, quam per coniecturas & per iuramentum. *Iof. MASCARD. de probat. concl. 226. & 227. in pr.* si autem iuramentum ob vrgentiffimas rationes, a *MASCARDO I. c.* allegatas, permitti non potest, tamen rursus nihil supereſt, quam vt alter alio modo prober malam fidem. Quod ad pracscriptionem annalem, triennalem & longi temporis attinet, folent quidem DD. contendere quod hic b. f. probari debeat, sed sub probatione b. f. nihil aliud intelligi potest, quam probatio iusti tituli. *STRYK in V. M. tit. de usurp. §. 2.* ſufficit enim his

legis ratio ſeit, vt evitetur peccatum, tale enim non committitur ab eo, qui veram rerum rationem conditionemque nescit. Deinde ſucceſſori singulari antecceſſori mala fides interdum nocet in viſuacione, interdum fecus, ſecundum id quod conſtituit *IMPERATOR N. ny. cap. 7.* Hoc nullibi mutatum iure canon. Hinc facile iudicari poterit, an in ciuitatibus aliisque vniuerſitatibus m. f. eorum ciuium membrorum, qui in prima acquisitione viixerunt, posteris noceat. Neutiquam ſaltim praeſcriptione longifimi tem-

poris. Quaerunt porro, an m. fide procuratoris vel tutoris noceat domino vel pupillo, si dominus aut pupillus b. f. habuerint. Id quod negandum. *L. n. ff. pro emt. L. 5. ff. de iur. & fact. ignor. l. 198. de R. I.* An praelati m. f. noceat ecclieſiae, ſi capitulum in b. f. fit, qui- dam negant, quidam defendant. Nos negantibus accedimus, quia praelatus ſolus non repræſentat totam ecclieſiam, hinc b. f. ecclieſiae abeſſe dici nequit, niſi forſan ſicut, quam fictio- nem nihil facere iam diximus.

his in praescriptionibus allegatio b. f., in longissimi temporis praescriptione autem nec allegatio iure rom. requiritur. MASCARD. l. c. conc. 1220. n. 48. & 53. Ceterum vt in praescriptione rerum incorporalium v. gr. seruitutum b. f. probetur, vult MASCARD. conc. 2221. num. 15. quia talis praescribens, praesumptionem iuris quod res sit libera, contra se habet. Quia autem titulus in praescriptione seruitutum non probatur per L. 10. ff. si seru. vind. satis est, aliquid probare propter quod quis motus sit, ad credendum, seruitutem sibi competere u).

§. XXI.

DE PRAESCRIPTIONE IURIS GERMAN.

Apud maiores nostros non ignota fuit praescriptio, licet ea a romana insigniter differret. Erat plerumque tricenaria, & interdum, maxime, recentiori aetate, in emporiis, praesertim intuitu rerum mobilium, aut earum quae publica iudicis auctoritate erant translata, annalis. Vtrique antiquissimis temporibus, & quum intemeratum adhuc a peregrini iuris admixtione essent leges German., bona fide opus non habuit. Postea autem interpretum molesta industria, vt reliqua iuris Rom. circa praescript. requisita, sic

u) Ei enim qui nihil allegare potest, vnde intelligatur, qui possit esse in b. f., eam solam ob allegationem credi non debet, cum non sit probabilis. Et hoc est quod dicunt b. f. praesumti, si allegans habeat titulum verum, aut saltim putationum. Conf. Thesaur. loc. Com. BARROSAE & TABORIS edit. STRYK. L. 2. Tii. 26. §. 3. Henr. BOICH

loc. sup. cit. sic insit: aut ius commune facit pro proscribente, & contra illum contra quem praescribitur, aut ius commune non facit pro eo, nec contra eum, aut ius commune facit contra eum. In primis duobus casibus praesumitur b. f., nisi contrarium probetur. In tertio vero casu potest dici, quod non praesumatur bona fides, nisi probetur.

sic quoque eiusdem de b. f. doctrina in Iurispr. German. inuecta est, eaque ex iure rom. hausta sapientia & interpretatione legum statutorumque usurpata est, & in ipsis denique legum sanctiones expressas, passim influxit. Hinc factum, ut hodie raro absque bona fide praescriptioni locus sit x).

x) Nihil de bona fide in antiquis legibus German. praecipi, patet v. g. ex *Editio Theodorici ostrogoth. Reg. §. 12. in Petr. GEORGISCH Corp. iur. german. p. 2209. ex LL. Wifigoth.*, vbi nil nisi iusta possessio requiritur *Lib. 10. tit. 2. §. 4. loc. cit. p. 2134. seq.* nullus autem titulus aut b. f., sed tantum continens & non interrupta possessio *§. 5. ex lege Burgund.* tit. 79. *§. 3. GEORGISCH pag. 391.* vbi praescriptio permititur, si res a quounque peruersa fuisse dicatur. Sie quoque nec *Ius Prou. Sax.* *L. 1. c. 29.* bonae fidei necessitatem prodit. Hinc recte iudicat *HEINECCIVS Elem. Iur. Germ. L. 2. tit. 4. §. 120. Tom. I. pag. 459.*, b. f. ad praescript. iure German. non fuissi requisitam. Inde quoque fit, vt nec hodie in Belgia b. f. habeatur ratio. *Sim. v. LEVWEN Cens. for. Part. 1. Lib. 2. c. 21. n. 10.* Idem docet *Io. Rud. ENGAV in elem. iur. germ. §. 539.* *Io. Ge. ESTOR in der teutschen Rechtsgelartheit 2 Th. 66. Hauptß. §. 2872 & 2876.* Verum posteriori aeuo quam Germani Romanis magis innotescere.

rent, & ius peregrinum alpes transcederet, etiam illa eius de b. f. lacinia Germanorum in leges immigravit. Sic iam in *L. L. Longob. lib. 2. tit. 35. l. 9.* haec continentur; Si quis possederit qualcumque rem per chartam falsam, nunc ipsi neque 30. an. possesso tutum facit, sed res, quam ita MALA FIDE possedit, restituenda domino. item l. 5. Si quis per 30. an. BONA FIDE possederit caussas cf. *Ill. Io. Fr. EISENHART Grundsaerze d. teut. Rechts in Spruechv. zte Abth. paroem. 26. dem Zweifler gebuhret nichts per. tot. p. 217. seq.* Deinde iis quae de interpretatione nouis doctrinis diximus, fidem facit. v. g. *Ioach. Luc. STEIN in der Einleit. zur lubischen Rechtsgelhr. 2. th. §. 128.* licet enim not. 5. et not. XXX. fateatur, ius lubec. nil statuere de bona fide aut. tit. in praescript., tamen not. *** iniquum putat, absque b. f. et titulo praescriptionem admittere, inde quoad vtrumque ius commune cum Statuto esse coniungendum & consociandum. Nec aliter docet *MEV. Com. ad ius lub. lib. 1. tit. 8.*

38 De indeole bonae fidei in praescriptionibus.

tit. 8. ad art. 14. p. 293. n. 14. quin
& in actionibus personalibus praescribendis bonam fidem requirat
n. 19. licet de hoc posteriori vacillet n. 21. 22. & tit. 5. ad art. 1. n. 8.
Ita & docent hodie D. D. Iur. Sax.
v. Ioh. Gottfr. SCHAVMB. Einleit. z.
Saechsisch. Recht 3. th. Exercit. 8.
§. 3. vbi quinque illa referuntur,
Praescriptionis requisita, quae ius
rom. in usucapione tradit, quorsum
speciatim bona fides continua fundata
speciatim in const. sax. ined. 6.
P. 5. Eundem in modum CARPZ.
ad praescriptionem geradae b. f.
cum iusto titulo postulat Gottfr.
BARTH v. d. Gerade v. d. Heergem.
c. 8. §. 21. Inter leges iur. rom.
rigor in spectanda praescriptione, se
iam insinuavit in antiquum ius pro-
vinciale Frisiae orientalis, v. Matth.
v. WICHT Ostfris. Landrecht L. I.

Cap. 106. In allen düssen Guederen
fall dat Besitt summiger Iaeren
einen Recht geven u. behülplich
wesen, dair he geen Recht hadde,
wan he sulcke Gueder nicht besee-
te: dartho gehoeren 4 Sacken &c.
2) de ander, ein guet Geloven, dat
de besittier nicht anders meet, den
dat sodaene Guet, so he besitt, is
syne, v. dair vor holt dat drinne
des Guedes ein Heer gewest is, dair
orme dat Guet van hergekommio
u. angemarret is. 3) de dordie,
dat ein Besittier hebbe einen rech-
ten Tütel. p. 220. Testantur ita-
que pragmatici, mores in praescri-
ptione hodie vbiique fere exigere
bonam fidem perpetuum COLER. de
Proc. execut. Part. I. c. 3. n. 105.
SCHNEIDEW. ad pr. I. de usuc. n. 17.
MYNSING. Cent. 4. obs. 6. num. 4.
ENGAV l. c. §. 349.

T A N T V M

VIRO

VIRO PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO
AVCTORI HVIVS DISSERTATIONIS
 AESTVMATISSIMO

S. D.

P R A E S E S.

Nihil est, V.P. quod in fine TVAE scripturae, TE, lecto-
 resque volo nisi, vt testimonium meum exster, publica fide
 sanctum, TE vere huius opulculi esse auctorem. Monen-
 dum illud ideo erat, quoniam duplex est huius aequi nostri,
 Auctorum, in dissertationibus academicis, genus. Mihi,
 nihil tale cogitanti, oblata abs TE est illa TVA lucubratio,
 ita plena, idonea, & iusta, vt nunc est; & ne in ipso qui-
 dem eligendo arguento consultor suasorue fui. Igitur
 non sustinui vt quidquam in TVO muraretur, sed eam potius
 rationem inii, vt si quid superesset quod illustrandae
 & confirmandae rei inseruiret, illud potius notaretur in
 margine. Illud non nego, propositum mihi fuisse, vt in
 materia quam ab aliis iam viderem ornatam, ita sedulo
 omnia colligeremus, ne quidquam aliis quod praeterea dici
 possit, relinqueretur. Et credo, pleraque esse facta. Sed
 vt sunt imperfecta humana omnia ita & nostram forsitan in-
 dustriam varia potuerunt effugere, quae ad rem pertine-
 rent. Sic ipse iam animaduerto ac doleo, nihil dictum a
 nobis esse de illo Gratiani loco cap 15. Caus 16. q. 3. item
 ad §. TVVM nonum mentio adhuc iniici potuillet, diffe-
 rentiae

rentiae illius, inter antiquam praescriptionem & vsucaptionem quam Anton. FABER in coniect. loc. sup. citat. allegat, si vsucaptioni quidem non obstitisse m. f. interuenientem, at tamen praescriptioni; id quod sibi deprehendisse videretur in l. 17. in fin. & l. 18, ff. de R. V. coll. cum l. 1. 2. & 10. C. de praef. long. temp. cum tamen leges posteriores non loquuntur de continua b. f. sed de continuata & non interrupta per L. C. possessione; priores autem non probent cum effectu obtinuisse vsucaptionem post L. C. Ut alia omittam, quae per rerum rationes quales nos tum circumstabant, suppleri non potuerunt. Sed indulget Lector, hisce Lacunis, cum saltim in aliquibus videbit, nobis non defuisse diligentiam. Iam ad TE venio CANDIDATE DOCTISSIME. Gratias TIBI habeo pro ea, quam in deposcendo meo praesidio, in me collocasti fiducia. Iudicii maturitatem in TE sitam, studiorumque non infelicem successum prodit illud, quod publice edis, specimen. Vita inter nostrates sapienter, honeste, probeque acta & publice cognita est, mihi praesertim spectata, cui in iure ciuili feudali & ecclesiastico per tempus illud, quo inter nostrates versatus es, diligentem dare voluisti operam. Redi felix in patriam, ibique Deo duce dignam virtutibus TVIS ac dexteritati exspecta mercedem. Viue saluus incolumisque, quam diutissime. Serua mihi memoriam TVAM & amicitiam, meque, si quis alias, TIBI Tuisque rebus fauere, habe persuasissimum. Vale.

ULB Halle
002 612 240

3



SL

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

INDOLE BONAE FIDEI
IN
PRAESCRIP^{TIONIBVS}

12

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI AMPLISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI

ERNESTI CHRISTIANI
WESTPHAL ICTI,

IVRIVM PROFESS. PVBL. ORDINARI^I,
LONGE CELEBERRIMI

DIE OCTOBR. C^O I^oCC LXIV.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITIT

A V C T O R

HENRICVS LVDOV. WILIBALDV^S BARCKHAVSEN

G V E S T P H A L V S.

SOC. TEVT. QVAE HELMSTAD. FLORET MEMBRVM.

X.

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS.

